



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XVII. Paccuuij versus aliquot compositi de coniectura, & correcti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

nonnulli etiam turpis lucri cupidine: ne tu id
 nun iniquè feras, si sui amoris causa pater liberos ne-
 glegit. Ponit eadem M. Tullius Lælio, ut quosdam
 propositos, ad quos multæ multorum amicitia faciant
 naufragium. Sin autem ad adolescentiam perduxif-
 sent, dirimi tamen interdum contentione vel vxoria
 conditionis, vel comodi alicuius quod idem vter-
 que adipisci non posset. quod si qui longius in ami-
 citia prouecti essent, tamen saepe labefactari, si in ho-
 noris contentione incidissent. Quem ad hunc ipsum
 Euripidis locum respexisse valde suspicor: ita eadem
 omnia utrobique posita, quæ beniuolentiæ rescindunt.
 de sint, ambitio, auaritia, vxoria condicio.

CAPVT XVII.

Paccuij versus aliquot composui de coniectura, & correcti.

NONIUS in Senium ex Paccuij Peribœa hæc
 adducit:

*Parum est quod te atas male habet, ni etiam hic ad ma-
 lam atatem cruciatum adiungas reticenti.*

hic nemo non videt, mediocriter doctus saltim, lit-
 terulam fugitiuam vocis postremæ reprehendendam,
 ut fiat, *reticenti*. Illud fortasse non item, videri hæc
 adhesisse aliis aliquot versibus, quos malè diuisos
 in Nonij locis quattuor ita compello, ut sic dicam,
 unum & compono.

se. Lapis cor cura, arumna corpus conficit.

*N. Parum est, quod te atas male habet, ni etiam hic ad
 malam*

atatem cruciatum adiungas reticenti?

Esare, quæ cor tuum timiditas territ at?

te. Mane, expedibo actutu: ibi quod cõtrà rogo Respondeas.

Certè sententia examuffim quadrat, & vt non in
olim coheserint, vtilius tamen heic legentur coniu-
ctè, quàm diuulse apud Nonium, in Senium, Lapi-
Timor, Expedibo.

Idem, Accusatiuus pro Genitio.

*Pacuius Peribæa. Regnum imperator, æternum mu-
rum sator.*

Lego, Regum imperator, æternum marum sator. Merito
pro murus iam tralatitium. Est precatio ad be-
nem initium: vt liquet ex his quæ ab eodem Gram-
matico conseruata non longè à superioribus heic
videntur:

— veniam precor,

Petens, vt quæ egi, ago, axim verruncent bene.

Vicem mantisæ, vt antiqui loquebantur, adiciam
ad hæc Pacuuij quæ ex eodem dramate laudantur:
Nonio:

Nam me perbitered, illis opitularier

Quolis exitio cupio, dum prosim modo,

videri respexisse Terenti, cum illa scriberet Andria

Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,

Conari manibus pedibus noctesque & dies,

Capitis periculum adire, dum prosim tibi.

CAPVT XIX.

*Vocare. Vocationes. Emendatus Eunuchus Terentio
Sticho Plautus semel.*

TERENTII Eunuchus quod vulgatur;

Te mihi patronam cupio Thais, te obsecro.

rectius in mss. est, & libris melioribus, *capio.* Ver-
enim mos Romanorum tangitur. è plebe hominum
instituto Romuli, quos vellent è patriciis patronos
capie-